

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm**

**Spina, David de**

**Francofurti ad Moenum, 1700**

M

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

LIXIVIUM. MAGISTERIUM. 577

Lixiv *ſive* Baln. medicamentoſum *Minf.*

℞. Lap. medicament. ℥iij. Aluminis plamoſi ℥ij Cort.  
int. virid. Sambuci ℥iſ. Herb. Ebuli ℥j. Artemiſia,  
Pentaphyll. Hyperici, Anethi, Callitrich. ana ℥vj.  
Ciner. lig. Guajaci, Sal. communis, ana ℥ſ. Coq. in  
aq. fluviali pro Balneo pedum. Transfundatur in  
vas, in quo pedes conſiſtere poterunt. Hi autem al-  
tè lavatro inſiſtent; ſic tam in Scorbuto, quàm aliis  
morbis &c. tumores pedum depellit; Sed immo-  
randum ad horas duas, vel tres, & continuandum  
triduum vel quatrimum manè ſtomacho jejuno;  
poſtea abſtergantur pedes linceo. *Vid. corp. ph. p.*  
*447. b.*

Lixivium ſapientie *Minfichti.*

℞. Rad. caryophyllat. pyrethri aſari viſc. querc. ana ℥i.  
oliban. succin. citr. à ℥ſ. Herb. roriſm. majoran. meliſſ.  
orig. fol. ſalv. lauri ana ℥ij. flor. lavend. roſ. rub. peon.  
beton. prim. ver. ana ℥i. bull. in lixiv. dulci. Pro me-  
moriam. *Vid. corp. ph. p. 447. b.*

Lixivium Tartari *Minfichti.*

℞. Tart. alb. ad nigred. calcin. q. v. f. cum aq. plu. deſt.  
lixiv. in quo bull. cort. aurant. & col. claram & tin-  
ctam ad uſum reſervà. in calculo ren. & veſic. uſurp.  
*Vid. corp. ph. p. 447. b.*

M.

Magiſterium Aluminis *Schræderi.*

℞. O crud. ℥vj. coquatur in ſtètili amplo, ut evaporet  
phlegma, tandem calcina, ut penitus candefcat.  
Hiñc injiciatur in ☉ illud candens: ſic extrahet  
☉ eſſentiam ſeu Magiſterium, reſidente terra al-  
ba, (quæ aqua ferventi abluenda, & ſervanda) ☉  
illud imprægnatum filtra & abſtrahe in M. B. ad  
Mellis conſiſtentiam; Turc. exponatur frigido ad

○ ○

cry-

crystallifandum; Crystallos exime & sicca. *Vid.*  
corp. ph. p. 82. b.

## Magisterium Antimonii.

*Antim. opt.* ℥ss. alum. ust. ℥iv. bol. arm. sal. comm.  
ana ℥ss. omnia seorsim trita misceantur destillen-  
turq. igne nudo, sic prodibit primo phlegma secun-  
do spiritus albicans, tertio spiritus rubescens, si quid  
collo adhæreat glaciæ instar, admove caute ferrum  
candens ut solvatur, rectifica per retortam, in recti-  
ficato hoc oleo solve aurum foliatum, solutioni  
postmodum affundes sp. vini circulabisque septem  
dies circiter & subsidebunt fæces à quibus decanta  
sp. vini, cui si affuderis aquam destillatam, præcipi-  
tabitur pulvis albus edulcorandus & reservandus.  
Purgat suavitè per vomitum; dosis gr. iij. *Vid.*  
corp. ph. p. 76. b.

## Magisterium Bismuthi Le Mery.

Solve in matracio ℥j. Bismuthi grossè pulverisati, cum  
tribus ℥ Spirit. nitri; effunde solutionem in fictile niri-  
dum, & affunde huic quinque vel sex ℥ fontanæ aquæ,  
in qua prius liquefeceris Salis marini ℥ss. præcipitati-  
tur ad fundum albus pulvis, effunde aquam per incli-  
nationem, & multoties lavato hoc magisterium, hinc  
in umbra assicato, habebis ejus ℥ix. Cosmeticum est,  
quod dicitur album Hispanicum. Faciem dealbaruri  
utuntur eo vel permixto unguento pomato, vel aqua  
liliorum diluto. *Vid.* corp. ph. p. 77. b.

## Magisterium cordiale Michaelis.

*Magister. margarit. granati hyac. saphyri ana ℥ij.*  
*corall. ℥ss. oss. de cord. cervi ℥i. M. F. Magister. Vid.*  
corp. ph. p. 74. b.

## Magisterium cornu cervi.

*Limatura CC. ex apicib. justo temp. cæli ℥vj. irror.*  
cum

eam *sp. nitri*, postmodum superfunde acetum vini opt. destill. st. p. al. d. in dig. filtr. per ch. adde *ol. tart.* & præcipitabitur pulvis ad fundum, quem frequentiorib. abluition. edulcora. *Vid. corp. ph. p. 74. b.*

**Magisterium Corallorum ex Schræd.**

Solve Corallia in Spiritu magico, id est Spiritu roris majalis; vel quod idem, in Acet. destill. præcipita cum ol. sulph. C. per præcipitatum edulcora ac digere aliquandiu per Spir. vin. quo iterum abstracto, habes magisterium in ore butyri instat liquefcens. *Vid. corp. ph. p. 71. b.*

**Magisterium Corallorum Le Mery.**

*Re.* Corallii rubri aut albi aceto destillato soluti, quantum vis, hoc in phialam vel matracium infunde, huicque guttatim affunde, liquorem Salis Tartari per deliquitum paratum, fiet coagulum, quod præcipitabitur sub albillimi pulveris forma, abjicito per inclinationem liquorem limpidum; lotumque aqua s. vel C. pulverem assicca, & id est quod magisterium corallorum nuncupatur. Magnis viribus pollere dicitur, vim scilicet habet cor exhilarandi & corroborandi, veneno resistendi, dysenteriam omnesque hæmorrhagias sistendi; Datur à gr. 10. ad 30. in liquore convenienti. *Vid. corp. ph. p. 71. b.*

**Magisterium Corallor. Rosatum M. nschri.**

*Re.* Aceti vini destillat. *℞iv.* Rosar. rubr. exsicc. Misc. & stentia in infusione donec tincturam rubicundissimam accipias, quæ filtrari debet; Atque in hac dissolve Corallia rubra, ut est artis; postea in hanc solutionem Spiritum Vitrioli fac instillare, & mox pulvis subrubens sese præcipitat, quem in umbra, & non in ignis calore exsicca, & sine omni edulcoratione,

tionē, ne per illam acetositas Spiritus Vitrioli tollatur, & tinctura rosarum abluatur, ad usum reserua. Magisterium hoc in illis adhibetur & usurpatur, ubi alias Corallorum rubeorum usus communis in pretio habetur. Cor & Spiritus vitales confortat, & ab omni veneno praeservat. Sanguinem purificat, putredini aliisque morbis omnibus à sanguine corrupto existentibus resistit. *Vid. corp. ph. p. 72. b.*

**Magisterium Epilepticum Michaelis.**  
 ℞. Magister. ung. alc. cran. hum. viol. morte excincti cornu alces corn. cerv. ana ꝑ̄ss. smaragd. ꝑ̄ss. unio. ver. ꝑ̄ss. succini ꝑ̄ss. F. Magister. in Epilepsia usurp. *Vid. corp. ph. p. 74. b.*

**Magisterium Gummi Guttae Vitriolatum**  
*Mindereri.*  
 ℞. Gummi Gamandra quantum volueris; Dissolve cum suffic. quant. Spir. Vitrioli in vase vitreato, ut instar pulmenti fiat, postea in arena exsicceetur, cavendo ne nigrescat, sed colorem suum nativum luteum reseruet.

In corpore à serosis & pituitosis humoribus purgando conducit. *Vid. corp. ph. p. 88. b.*

**Magisterium Jovis Minsichti.**  
 ℞. Cinerum stanni puri, aperto igne praeparatum, & cum aceto destillato sorti extrahe salem, ut est aris. Postea lume Spiritum Vitrioli optimè rectificatum, super extractionem hanc prius debite filtra tam instilla, sic statim albescet instar lactis, & praecipitabitur pulvis albus ad fundum vasis, quem exime, & toties aq. pluviali destillata edulcora, donec omnis acrimonia separetur; tandem pulvis exiccatur, & ad usum servatur.

In aberratione uteri & aliis affectibus hystericis miranda praestat. *Vid. corp. ph. p. 76. b.* Ma-

Magisterium Lapidis Bezoar *Minschri.*

De Lapide Bezoar Orientali pretiosissimum etiam ac præstantissimum Magisterium siccum, virtutis & efficaciam subtilis ac penetrantis sic paratur: *Bezoar* debito modo & artificio solve in menstruo, cujus præparatio jam ante fuit indigitata; solum filtra per chartam, post ad manum habe *acerum destillatum*, vel *succum citri clarificatum*, hunc guttatim solutioni superinfunde, celeri tamen & alto lapsu; sic statim tenellus subtilisque pulvisculus præcipitabitur in fundum, fere sine omni acrimonia, qui deinde, evacuato prius menstruo aquis cordialibus edulcorandus, & ad usum, utpote verum & sincerum lapidis Bezoardici Magisterium asservandus est.

Nobilissimum hoc Magisterium ita præparatum, in omnibus affectibus & symptomatibus malignis contra; omnia venefica cordi infesta, præsertim ubi qualitas calida, & putredo deprehenditur, adeoque in aliis omnibus ubi usus lapidis Bezoar dilaudatur, adhiberi & usurpari potest, apud illos in primis, qui naturæ sunt tenellæ, nauseantes medicamenta, nec minus apud gravidas, infantes, cum nec odorem, nec saporom fere ullum habeat. Dosis ejus in infantibus est à 2. 3. usque ad 4. grana. In adultioribus verò pro discrimine ætatis & necessitatis, à 10. 12. & 15. grana. *Vid. corp. ph. p. 73. b.*

Magisterium lapidis Lazuli *ultramarinum*  
*dictum Zvellseri.*

Teratur lapis *Lazuli caruleus* & optimè notæ, supra porphyritem, & non alium aliquem lapidem, subtilissimè, quantum fieri potest, cum oleo lini vel aqua simplici, qui iterum ita oleo permixtus reponatur; postea fiat talis Emplastri massa.

32. *Cera citrina, Picis græcæ vel Colophon. Resina pini ana  
℥i. Ol. Lini ℥ij. Therebinth. ℥iv.* Liquefiant super  
ignem & colentur, quibus adde *Masticis electæ ℥iij.*  
Fiat massa. Hujus massæ accipe partes circiter tres,  
vel quatuor; *Lapidis superius cum oleo lini subtilissimè  
lavagati* partem unam, misceantur in patella, & com-  
mixta septimanam unam vel alteram relinquuntur  
veluti in digestionem; Postea aqua colida, vel si hac  
succederè nolit, ferventi, malaxando & agitando  
spatulâ massam, eluatur pulvis lapidis Lazuli subti-  
lissimus instar magisterii, qui pulcherrimo cœruleo  
colore imbuet aquam, quam in patinam colare  
oportet, & postquam lapis Lazuli resederit, aqua  
decantanda & pulvis subtilissimus impalpabilis &  
pulcherrimus exsiccandus.

Nota verò quod pulvis qui primo eluitur, pulchrior sit  
in colore & subtilitate secundò, & hic tertio, hinc  
singuli separatim sunt asservandi. Vid. corp. ph. p.  
73. b.

Magisterium Marcasitæ ex *Bequino Schr.*

33. *Marcasita pulv. q. v. solve in aq. fort. (ex Sal. nitr.  
& Sal. com. an. fact.)* præcipita cum Sp. vin. præci-  
piratum edulcora & exsiccata. Confert ad curis vitia,  
lychenes scil. impetigines, scabiem manuum, &  
simil. Si loco Spir. vin. simplicis ad præcipitatio-  
nem sumitur Spir. vin. *Tartarisatus*, melius proce-  
dere præcipitationem Cl. Hoffm. testatur. Vid.  
corp. ph. p. 77. b.

Magisterium Martis albissimum *Luangelotti.*

*Limat. ♂ Δ fortiss. eo usque reverberetur, donec  
eleveretur in Crocum leviss. & rubicundiss. Irrotetur  
cum Sp. ♯i atque siccetur. Repetendo hæc (4.)  
dein*

dein tantum affundatur Sp.  $\dagger$  i q. l. ad extractionem. Digeratur utque dum colore rubicundo tingatur, sapius verò agitetur. Extractio lento calore redigatur ad mellaginem, quæ soluta aq. pluv. destillatâ, & filtrata præcipitetur cum Spir.  $\odot$  li. Sic habebis magisterium albiſſimum, quod probè edulecorandum.

Vires ex ipsa descriptione cuius patebunt, prodest in morbis quam plurimis hypochondriacis, hepaticis, &c. Vid. corp. ph. p. 76. b.

#### Magisterium Nephriticum *Michaelis.*

Re. Lapid. nephrit. lyncis, spongia, percar. ana  $\mathfrak{z}$ ij. judaici  $\mathfrak{z}$ ij. caner. crystall. glac. Marie ana  $\mathfrak{z}$ iv. lap. aquil.  $\mathfrak{z}$ is. ophit.  $\mathfrak{z}$ iv. or. struthioc.  $\mathfrak{z}$ v. F. mag. in Nephritide usurpandum.

#### Magisterium Petroselini *Minsichii.*

Re. Ciner. clavellar. vel sal. tart.  $\mathfrak{H}$ ß. & cum aq. pluv. f. lixivium forte & clarum, postea recipe herb. petrosel. in mediocri calore & non in sole exsiccati & crassiuscule incil. q. v. inde vitro & aff. prædict. lixiv. st. in dig. in loc. tep. ad extrah. tinct. huic imprægnato & calido lixivio *aluminis crudi* in aq. pluv. dissol.  $\mathfrak{H}$ ß. calide affunde, bene invicem misce & præcipitabitur cum ebullitione tinctura petroselini vera & subvitidis, quam diligentiss. edulcora & ad usum reserva, menses & urinam provocat, status discerit & calculum expellit, dosis à gr. vj. ad  $\mathfrak{D}$ j. Vid. corp. ph. p. 84. b.

#### Magisterium Pleuriticum *Michaelis.*

Re. Mandib. luc. piscis dent. apr. ana  $\mathfrak{z}$ i. lap. perc. tal. lepor. lap. caner. ana  $\mathfrak{z}$ ß. solv. in menstr. præcipit. & edulc. F. Magist. in Pleuritide usurp.

#### Magisterium Saturni *Minsichii.*

Re. Salis Saturni crystallini & pulcherrimi q. v. solve in aq. rosarum; postea affunde Spiritum Vitrioli ( sunt qui

qui oleo Tartari utuntur, sed Spiritus Vitrioli præstat) lentè, & celeri tamen lapsu, tandem, utque dum colorem spissi lactis acquirat. Deinde filtra per chartam emporeticam, & Magisterium albissimum in charta remanens, secundum artem Spagyricam aquis cordialibus edulcora, exsicca, & ad usum reserva. Magisterium hoc Saturni ab omni nauseosa & noxa dulcedine liberum est, propterea felicissimè eo utimur in phtisi, Hæctica, febribus ardentibus, aliisque inflammationibus internis. Vid. corp. ph. p. 75. b.

#### Magisterium Saturni Le Mery.

Solve duas vel tres  $\bar{z}$  Salis Saturni probè, ut dictum, purgati, in f. q. aqua & aceti destillari; solutionem filtra, huicque guttatim instilla olei Tartari per deliquium, fiet veluti lac, hinc quædam coagulationis species, quæ sub pulveris albi forma ad fundum vasis præcipitabitur: confunde omnia, eaque relupinando affunde infundibulo, charta emporetica munito, liquor instar aquæ limpida præterlabetur, pulvisque remanebit: hunc aqua affusa multoties elue, ut aceti impressio auferatur: hinc assicca: habebis magisterium albissimum, quo ad fucos utuntur sicut Bitmutho, de quo locuti sumus: permiscetur etiam pomatis, unguentis ad lychenes. Vid. corp. ph. p. 75. b.

#### Magisterium Saturni ex Schræd.

Solutioni Saturni instilla  $\text{Œ}$  i p. j. & præcipitabitur; hoc Saccharum vel Magisterium (utriusque enim eadem ratio est,) intra corpus sumptum, frigiditate sua libidinem extinguit. Dosis gr. 4. s. 6. Vid. corp. ph. p. 373. b.

Magi-

Magisterium Sulphuris *Le Mery.*

℞. *Florum Sulphuris* ℥iij. & *Salis Tartari* vel *Nitri* carbonibus fixati ℥xij. magnæ ollæ indito, iisque aquæ ℥vj. vel vj. affundito: ollam obtege, eaque igni admotâ, ebulliat liquor per horas 5. vel 6. vel quousque solutum omnino fuerit  $\Delta$ , liquore rubro facto solutionem tunc filtra, huicque affunde paulatim *acetum destillatum*, aliudve acidum, fiet lac, quod requiescere permittes, ut ad vasis fundum præcipitetur albus pulvis, quicquid limpidum erit per inclinationem effunde, huncque pulverem 5. vel 6. aqua lotum in umbra assicca, & id magisterii vel lactis  $\Delta$ is nomine venit, valere creditur adversus omnes pulmonis pectorisque morbos, exhibetur à gr. vj. ad xvj. ex convenienti liquore. Vid. corp. ph. p. 91. a.

Magisterium Scammonii *Minscheti.*

℞. *Scam. sel.* solv. in *f. v. sophor.* post. debit. filtra. iterum in B. per alemb. ad med. saltem abstrahe & aq. ros. q. ad præcip. requiri videbitur aff. & præcip. resina puriss. absque venenosa acredine & odore libera quam remoto phlegmate sicca, purgat sine omni læsione bilem; dosis à ℞. ad j. Vid. corp. ph. p. 88. b.

Magisterium *seve* Terra foliata Tartari.

℞.  $\Theta$ is Tartari q. l. Imprægnato hoc aceto optimo, donec  $\Theta$ i nil amplius aciditatis retinet, sed acetum, ut affusum est, aciditatem retinet. Tum siccato sali imprægnato affunde *Spiritum vini*, & eum aliquot vicibus rursus abstrahe cohobando. Tum siccatum Sal repone, ut liquefeat, & habe-

Oo 5

bis

bis Magisterium Tartari liquidum, rubrum, laxans.  
Dosi ℥j. & ultra. Vid. corp. ph. p. 81. b.

Magisterium Succini Schrad.

℞. Succin. q. v. aff. sp. vin. rectif. solve, decanta, ab-  
strahere in MB. vel præcip. cum aq. font. & remane-  
bit, in fund. Mag. Vid. corp. ph. p. 89. b.

Magisterium five Lac sulphuris.

℞. Flor. sulph. ℥j. sal. tart. ℥iij. m. & cum aq. comm.  
℥iij. bull. utque dum sulphur solutum sit, postea  
filtr. calide per ch. & superfuto aceri dest. q. l. præ-  
cip. pulvis lacteus qui edulc. & exsicc. pectorale  
med. est in Phthisi usurp. Vid. corp. ph. p. 89. b.

Magisterium Tartari seu Tartarus  
vitriolatus.

℞. Ol. tart. p. d. ℥iv. instilla huic guttatim spir. vitr.  
quamdiu effervescent, sic præcip. tart. vitr. vel  
juxta Tackenum Recip. vitr. crudi in aq. solut.  
aff. sensim ol. tart. donec non amplius effervesc. hoc  
rite factio coagula liquorem in cristallos. Vid. corp.  
ph. p. 82. b.

Magisterium Vitrioli Schrad.

℞. Vitr. opt. q. v. destill. more usitato spiritus cum  
oleo per retortam, simul rectificetur cum phlegmate  
sal. com. ex cap. mort. extrahatur phlegma destil-  
lando à sale comm. separatur cum aliquot coho-  
bitis & digestionib. hinc recipe sal. com. p. ij. spir.  
vel ol. vitr. p. j. ponantur in phiala in MB ut aquo-  
sitas exhalet, idque tantisper repete, donec sal tan-  
tum olei imberit quanti ponderis primo fuit,  
hinc in phiala hermetice clausa p. 8. d. digeratur  
tandemque in aere collocetur 14. d. & n. ad coa-  
gulandum. Vid. corp. ph. p. 83. b.

Marmelada Cephalica *mins.*

℞. *Diacodon. simpl.* ℥iij. *Rot. Diamoschi dulc. Diambra, an.* ℥iij. *Rad. Pæonia cond.* ℥j. *Conf. Anthos* ℥℞. *Nuc. jugland. condit. no. iij. Moschar. in India condit. no. j. Smaragd. præp.* ℥j. *Elaeocub. Succini alb. Majorana. Rorismarin. an.* ℥j. *Misc. & sine ulteriori additamento f. l. a. Marmelada, quæ detur in scatula. Cerebro roborando, & illius simul affectibus propugnandis, speciali dote conducit. Vid. corp. ph. p. 323. a.*

Marmelada Cordialis Calida *Mins.*

℞. *Diacodon. simpl.* ℥iij. *Rad. Bugloss. condit. Borrage. cond. an.* ℥℞. *Rot. Aromat. Caryophyllor. Aromat. rosar. de Gemmis, Diambra an.* ℥vj. *Corr. Citri condit. Conf. Alkermes ana* ℥℞. *Mag. Perlar. Or. Corallov. rub. an.* ℥j. *Misc. & f. secundum attem per se sine additione Marmelada.*

Maximè cor & vitales facultates à causa frigida imbecilles, confortat & exhilarat. Vid. corp. ph. p. 323. a.

Marmelada Cordialis frigida *Mins.*

℞. *Diacodon. simpl.* ℥iij. *Man. Christi perlat. Rot. Diamarg frig. an.* ℥℞. *Pulp. Citri condit. Conf. rosar. rub. an.* ℥vj. *Rad. Cichorii condit. ℥℞. Conf. Alkermes* ℥ij. *Lap. pretiosior. præp. an.* ℥j.

Mixta redigantur in Marmeladam. Cor confortat, & ejus calorem flammeum extinguit, & æstuantia viscera temperat. Vid. corp. ph. p. 323. a.

Marmelada Epatica calida *Mins.*

℞. *Carn. Cotoneor. cond.* ℥iij. *Rot. Diacubeb. Diacurcum. Dialacca, an.* ℥j. *Rad. Pimpinell. cond. Fœniculi. cond. Eryngi. cond. an.* ℥℞. *Cinamomi acut.*

℥ij.

*Zij. Rhabarb. elect. Zi. Sp. Salis cum Sale abſinthii coagulati ꝑ. Mite. & fiat Marmelada, ut eſt artis, quæ datur in ſcatula. In frigidis intemperiebus, ad Hepatis & Lienis obſtructiones referandas exhibetur. Vid. corp. ph. p. 324. a.*

*Marmelada Epatica frigida Minsichti.*

*R. Carn. cydon. cond. Zi. rad. cichor. cond. ſcorzon. cond. an. Zi. rot. ex ſucc. berber. & rib. parat. an. Zvi. pulp. citri condit. lact. hiſp. cond. an. ꝑ. ſpec. diarrhod. Abb. ſpir. vitr. prius irror. Zi. ſem. 4. frig. maj. nitri ꝑ. an. Zi. M. Fiat Marmelada. Vid. corp. ph. p. 324. a.*

*Marmelada Hyſterica Minsichti.*

*R. Diacydon. ſimp. Ziv. ſacch. anthoſat. Zi. cal. arom. cond. rad. pæon. cond. an. Zi. cinamom. acuti ſæcul. bryon. an. Zi. ſem. paſtin. dom. agr. caſt. rut. hort. an. Zi. cardamom. min. anthophyll. macis an. Zi. magiſt. Jov. Angelic. marr. perl. cor. rub. an. ꝑ. elæos. ſem. angel. majorana ſuccini albi ſenic. anif. an. Zi. Fiat Marmelada in paſſ. hyſter. & fluore albo uturp. Vid. corp. ph. p. 324. a.*

*Marmelada magnanima Minsichti.*

*R. Diacyd. ſimp. Ziv. rad. ſaryr. cond. ſuccolad. ind. an. Zi. pinear. mund. piſtæc. virid. an. Zi. caſtan. vin. malvatic. colt. nuc. moſchat. in India cond. conf. altherm. an. ꝑ. ol. macis expr. Zi. gall. moſch. vera mag. perl. or. an. Zi. ol. cinamom. Zi. M. F. Marmel. ad venetom incitat & nutrit. Vid. corp. ph. p. 324. a.*

*Marmelada Nephritica Minsichti.*

*R. Diacyd. ſimpl. Zi. rad. eryng. cond. petroſel. cont. ſanic.*

fenic. cond. an. ℥i℥. fr. alkek. matur. ℥vi. acidi tart.  
 ℥iiii. mag. lap. perc. lap. cancr. an. ℥i. sal. succin. alb.  
 ℥i. M. F. Marmel. urinam movet, & calculos ex-  
 pellit, dosis à ℥i. ad ii. Vid. corp. ph. p. 325. a.

Marmelada Pectoralis *Minsichti.*

℞. Diacydon. simpl. an. ℥iiii. Mors. pectoral. nast. Ros.  
 ē succ. violar. parat. an. ℥ii. Flor. Sulfuris comp. ℥i.  
 Rad. Feniculi condit. Enula camp. cond. an. ℥℥. Succ.  
 Glycyrrhiz. ext. ℥ii. Spec. Diareos simpl. Conf. Al-  
 kermes, an. ℥i. Misc. & fiat sine ulteriore addita-  
 mento Marmelada. Multum confert tussiculo-  
 sis, pulmonicis, asthmaticis, &c. Vid. corp. ph. p.  
 325. a.

Marmelada Splenetica *Minsichti.*

℞. Diacydon. simpl. ℥iiii. Ros. Diacurcuma. Dianthos an.  
 ℥i. Rad. Helenii cond. Scorzoneræ cond. an. ℥vi. Ess.  
 Scolopendrii, Flor. Genista, an. ℥ii. Fruct. Tamarisci,  
 Cort. rad. Cappar. an. ℥℥. Eleos. Rosismarini, Cary-  
 ophyll. Cinamomi, an. ℥j. Miscantur & fiat sine  
 ulteriore additamento Marmelada. Lienem robo-  
 rat, ejusque tumores & scirrhos durities solvit.  
 Vid. corp. ph. p. 325. a.

Marmelada Stegnotica *Minsichti.*

℞. Diacydon. simpl. ℥vi. Rad. Symphyti cond. Cichorei  
 cond. an. ℥ii. Pul. Rad. Tormentilla an. ℥℥. Mag. Co-  
 rallor. rosar. Ext. Sang. Draconis, Corn. Cervi usti &  
 præp. a. ℥ij. Croci Martis per reverberat. facti, Sma-  
 ragd. præp. Terra sigillat. an. ℥i℥. Bol. rub. Orient. Nuc.  
 Mosch. Sem. plantagin. Antherarof. an. ℥i. Cassia li-  
 gnea. Caryoph. an. ℥℥. Croci Orient. Ol. Macis exp. an.  
 ℥j. Misc. & fiat l. a. Marmelada justæ consistentiæ.  
 Anti-

390 MARMELADA. MASSA.

Antiquatum alvi profluvium compescit; hinc Dysentericis & Cœliacis mirum in modum auxiliatur. Vid. corp. ph. p. 325. a.

Marmelada Stomachica calida *Minsichti.*

℞. Diacyd. simpl. ℥iv. rot. arom. caryoph. succolad. Ind. an. ℥j. Zing. in lud. cond. cal. arom. cond. myrob. cheb. cond. an. ℥β. cort. aurant. cond. citri cond. an. ℥j. e-leos. cinam. & caryoph. an. ℥j. F. Marmelada. Vid. corp. ph. p. 326. a.

Marmelada Stomachica frigida

*Minsichti.*

℞. Diacydon. simpl. ℥iij. Rad. Cichorii condit. ℥ij. Rad. Diarrhod. abb. ℥j. Myrobolan. Embl. cond. Conf. rosar. rub. an. ℥β. Nitri vitriolat. ℥β. Milt. & sine additione f. Marmelada, ut est artis, quæ conservetur in scatula. Stomachum calidis humoribus læsissimum recreat, confortat, & appetitum stimulat. Vid. corp. ph. p. 326. a.

Marmelada Therebinthinata *Minsichti.*

℞. Carn. cydonior. cond. ℥iij. Therebinthina Cypria in vino & benano lotæ ℥ij. spec. Diarrhod. abb. Rad. Glycyrrhiz. an. ℥β. Pul. Sem. Anisi cum proprio Ol. parum irrorat. ℥ij. Sem. quat. frig. major. an. ℥j. Misc. & cum ulteriore additamento f. Marmelada. Renes purgat, eorumque sordes & arenulas expellit. Vid. corp. ph. p. 326. a.

Massa seu Baculi pro fornace *ex Schræd.*

℞. Benzoin. Storac. cal. an. ℥vj. Ladan. opt. ℥vj. Balsam. indic. ℥iij. Lign. Aloes ℥iij. (præstat Extract.) Mosch. Alexandr. Zibect. an. ℥j. M. l. a. f. Massa. Formenturque instar ceræ Hispanicæ bacilli fornace affricandi. Vid. corp. ph. p. 365. a.

massa

Massa pro suffitu Regis Hispaniæ

*Th. Hoffm.*

℞i Styrac. calamit. ℥iij. Coque in aqua destill. ad consistentiam, exprime per pannum, Benzoes ℥ß. Simili modo coque, pone ad Δnem, hisce adde Ziberchi, Ambra, à gr. i. in ▽ rosar. solut. f. Massa. Vid. corp. ph. p. 365.

Massa Hispanica alia pro fumo presiosa ex

*Thef. Hoffmanni.*

℞. Benzoi ℥ß. Resin. Styrac. calamit. ℥ß. Moschi ℔ß. Ambr. ℔j. Ziberh. gr. ij. Ol. d. Ligni Rhod. Cinamom. à gutt. v. Resin. ligni Aloes ℔j. M.

N. Resina Styrac. ante omnia primum mortario ferreo admodum tepido inferri debet, subsequenteribus illico reliquis, ex quibus massa formari debet. Vid. corp. ph. p. 365. a.

Mel Anthosatium *Zwelff.*

℞. Rosismarini aut florum ejusdem ℥ij. vel ℥iij. Quibus minutim conscissis & cucurbitæ vitreæ immixtis superaffundantur Aq. ejusdem destillata aut vini opr. ℥ß. Fiat destillatio in M. B. ad siccitatem usque, remanenti in fundo roremarino, aut floribus ejusdem, reafundatur aqua destillatione prolecta, quæ iterum destillando proliciatur; Prioris tamen aquæ utpotè spirituosioris majorumque virium seorsim asservetur ℥j. Relictum autem à destillatione in cucurbita Ro-remarintum, affusâ s. q. aquæ simplicis coque, decoctum, colatum & album ovorum clarificatum cum Mellis simplicis clari ℥iv. commisce, & coquendo ultra ordinariam ac satis crassam mellis consistentiam evaporare sine. Tandem ubi

ubi parum refrixerit, additâ, prout videbitur, prioris aque destillata spirituoſa ſ. q. (Quam tamen vix exactè determinari poterimus, ob mellis, extracto rorismarini imbuti, variantem conſiſtentiam) fiat mel juſta conſiſtentia, quod iplum quo magis præfatâ aquâ ſpirituoſâ imprægnari poterit, eò evadet præſtantius & efficacius, *Vid. corp. ph. p. 536. b.*

**Mel Antholatum ſeu Rorismarini aliud**

*Zypellſ.*

*℞. Mellis puriſſimi tranſlucidi, juxta modum præmiſſum ab heterogeneis partibus probè ſeparati ℥ij. Cui immergantur ſorum recent. rorismarini conſiſſorum minuiſſim ℥iſſ. Folior. rorismarini recent. & conſiſſorum ℥iij. Immiſſæ a lembico vel alicui alio vitro cerâ & veſica probè clauſo, relinquuntur diu in digeſtione, loco tamen moderatè calido, tandem adhuc calente Melle fiat colatura cum forti expreſſione. Mel colatum uſui aſſervetur. Cui tamen, ſi volupe fuerit, idem pondus uti ſupra ſorum & foliorum rorismarini recent. infundi, digeti, & tandem ab iſtis mel colatum reponi poteſt. Verùm ne quicquam deperditum eat, ac præfatum mel præſtantius efficiatur, virtutibusque rorismarini amplius imprægnetur, accipe reſiduum ab infuſionibus expreſſum rorismarinum, illumque aſuſa aq. ſimplicis ſ. q. coque, decoctum colatum leniter evaporare finito ad iſtam mellis ſpiſſitudinem, quod priori colato melli rorismarini junctum illud præſtantius in virtutibus, quamvis paulò terreſtrioribus, haud tamen inutilis, efficiet. Hoc nativis Rorismarini virtutibus imbutum*

rum Mel præstans est, Cerebro, Cordi & ventriculo roborando, flatibusque discutiendis, Colicis pariter ac tnerinis doloribus, gutturi inferiori cum enematibus immissum, mitigandis, *Vid. corp. ph. p. 536. b.*

Mel Anthosatum P. A. R.

℞. Mell. rosar. simp. ad majorem spissit. coct. ℥iij. flor. rorum. rec. contuf. Mvj. st. in inf. loc. cal. hor. 24. expr. & F. colatura. *Vid. corp. ph. p. 536. b.*

Mel Emblicorum P. A. V.

℞. Myrobal. emblic. no. 1. contund. mediocri. & coq. in ℥iij. aq. ad. consumt. ℥ij. residuo colato & clarificato addatur mell. despum. tantundem & ad justam consistentiam coctio instituat. *Vid. corp. ph. p. 537. b.*

Mel Menthæ Zovelfferi.

℞. Aqua mentha odorifera sine additione ex Balneo n. vaporoso still. ℥j. cui denuò mentha recentis odorata ℥j. addita ex Balneo n. vaporoso aqua destillando proliciatur, qua interim asservarâ odoriferâ & spiritiosa, accipe Mellis purissimi satis crassi, & legitime uti supra edoctum, extracti ℥iij. Cui immergantur mentha recentis minutim conscissæ ℥x. vel ℥j. Factaque maceratione loco calido, vase probe clauso, septimana una circiter, fiat colatura cum forti expressione. Mel expressum interim asservetur. Jam verò ex residua mentha expressa, additis adhuc mentha recentis ℥j. & succi mentha recenter expressi & depurati ℥iij. Fiat cum l. q. aqua simplicis affusâ, decoctum forte, quod colatum & purificatum leniter evaporet, ad consistentiam & spissitudinem crassam latis, instar Electuarii. Hoc porro cum superioris aqua spiritiosa l. q. nonnihil  
Pp dilu-

diluatur, ac superiori Mellis menthae, quantum ad debitam suam consistentiam sufficere videbitur, jungatur.

Efficax est in affectibus ventriculi & intestinorum; doloribus colicis & hystericis, tum per os assumptum, tum etiam Gutturum inferiori immissum, opitulatur. Vid. corp. ph. p. 537. b.

Mel Menthae P. A. R.

℞. Succis menth. purif. ℥ij. mell. optimi despum. tantandem coq. ad just. consist. Vid. corp. ph. p. 537. b.

Mel Mercurialis P. A. R.

℞. Succis Mercurialis ℥ij. mell. puri & opt. ℥ij. coq. & despum. s. a. Vid. corp. ph. p. 538. b.

Mel Passularum P. A. V.

℞. Uvar. pass. ℥iv. aq. ℥xij. incil. macer. hor. 24. in aq. coq. ad reman. 3. part. col. & ad mell. consist. coct. redig. Vid. corp. ph. p. 520. b.

Mel Rosatum P. A. V.

℞. Rosar. rubr. nondum penitus apert. ℥ij. mell. opt. ℥ij. coq. lento igne s. a. Vid. corp. ph. p. 520. b.

Mel Rosatum simplex P. A. R.

℞. Rosar. rub. rec. ℥ix. contul. inf. in aq. font. calent. ℥xij. per hor. 24. colat. ℥v. add. ℥iv. mell. Vid. corp. ph. p. 538. b.

Mel Rosatum Citratum P. A. V.

℞. Mell. ros. simp. ℥ij. huic adhuc ferv. infunde cort. citri rec. ℥ij. st. in inf. per mensem, postea transcol. Vid. corp. ph. p. 540. b.

Mel Mercuriale Zuvelff.

℞. Mellis simplicis ℥iiij. Herb. Mercurialis minutim conscissa, ℥ij. Succis Mercurialis ℥ij. Coquantur aliquamdiu, postea colatura facta, evaporent leni-

leniter ad consistentiam Mellis. Abstergit, alvum laxat, Clysteribus immixtum. *Vid. corp. ph. p. 538. b.*

*Del Rosatum Zuvelffi*

*R.* *Aqua rosarum fragrantissima* sine additione ex Balni-  
n. vaporoso still. ℥iv. Quæ ipsa aqua denuò à ℥iv.  
*Rosarum recentium pallidarum* destillando abstraha-  
tur. Aquæ huic prolectæ fragranti immergantur  
*Rosarum rubearum recent.* ℥ij. Factaque maceratio-  
ne per triduum in vitro probè claulo, fiat colatura  
cum forti rosarum expressione; quæ interim as-  
servata essentia seu aqua essentificata; accipe porro  
*Mellis purissimi legitime depurati*, uti supra edoctum  
℥xij. vel sedecim, cui immergantur *Rosarum ru-  
bearum recent.* ℥ij. Digerantur in calore leni per  
triduum, post, Melle adhuc calente, colentur, ex-  
primanturque rosæ: Melli colato porro immerge,  
servatis interim rosis prioribus expressis, earundem  
*Rosarum rubearum recentium* ℥ij. Et porro in calo-  
re per triduum circiter relictis, fiat iterum colatura  
cum expressione, calente adhuc Melle. Jam ve-  
rò accipe Rosas à tribus præmissis infusionibus reli-  
ctas, scil. ab infusione prima cum aqua rosarum,  
& duabus infusionibus cum Melle. Eæque, s. q.  
aqua affusa, coquantur ad remanentiam sex vel  
octo ℥. tacta post colatura cum expressione rosa-  
rum, Decoctum prius clarificatum ad spissitudinem  
Mellis crassi, seu Electuarii formam, leniter eva-  
porat, quod inspissatum decoctum rosarum, cum  
superiori asservata spirituosâ, rosisque rubris im-  
prægnata aqua dilutum, Melli rosato superiori  
per solam & binam infusionem paratò, jungatur;  
& deluper de dictâ imprægnata aqua rosarum

## MEL. MERCURIUS.

tantum addatur, quantum pro debita ac durabili mellis solati consistentia, experto Pharmacopœo sufficere videbitur, & vel sine ulla aut unica tantum ebullitione Mel præstans rosarum usui reponi & aservari poterit. Vid. corp. ph. p. 538. b.

Mel Rosatum, Solutivum *Phar. Nor.*

℞. *Infusionis Rosarum* quater factæ ℥vj. *Mellis electi* ℥iij. Coquantur ad justam consistentiam. Vid. corp. ph. p. 559. b.

Mel Rosatum Laxativum *P. A. R.*

℞. *Infusionis Rosarum simpl.* ℥vj. *Mellis* ℥iij. Conficiatur secundum artem. Eadem, quas Syrupus rosatus solutivus simplex vires obtinet, minus tamen refrigerat, sed potentius abstergit. Vid. corp. ph. p. 560. b.

Mel Violatum Solutivum *P. A. R.*

Fiat eodem modo, quo Rosatum solutivum. Syrupus jam dicto viribus affine est: Inditur potissimum Eneumatibus, ubi febres cum alvi adstrictione molestæ sunt. Vid. corp. ph. p. 560. b.

Mercurius Diaphoreticus *Cardilucii.*

℞. *Auri finiss.* partes ij. *Argentii cupellati* p. j. Ducantur in folia tenuissima, horum ℞. partem j. *Mercurii vivi optimè purificati* partes tres. Ex his fiat amalgama quod in mortario lapideo probe terito, quo in minutissimos atomos discerpantur metalla, & impuritates, quas continent, elui queant. Trituratione probe peractâ, affunde aquam, ac eam trituratione impuram factam decanta, & recentem affunde, hocque opus tamdiu repete, donec amalgama sit satis purum, & clarum evaserit: quod tùm per corium exprime, ita tamen ut massa, sufficientem com-

positionem super aquam quædam ebullire debet, quæ piam

MERCURIUS.

597

piam Mercurii seruet, & liquidior remaneat. Hanc immitte cucurbitæ, & leviter saltem clausam arenas impone, ab initio tamen leviozem, postea auctiorem calorem adhibendo; donec cypressi instar crescat, & tandem in rubicundum pulverem vertatur: observando tamen, ut massa sæpius eximatur, & Mercurius separatus ei rursus probè terendo commisceatur. Mercurium hunc ita cum auro & argento præcipitatum, Cl. Cardilucius Panacæam prædicat, cum per salivationem, sæpius etiam insensibiliter insignes præster effectus, non solum in lue venerea, sed & catarrhis contumacioribus, Epilepsia, Hæmicrania, &c. Dosi gr. ij. ad v. cum mica panis in pilulas redactam sicque aliquoties propinatam. Vid. corp. ph. p. 308. a.

**Mercurius Diaphoreticus alius, quem tradit Tilingius in Ephem. Cur. Dec. ij. ann. ij. p. 150.**

℞. Mercurii probè purgati, scil. beneficio Tartari calcinati è Cinabari regenerati & extracti ℥j, Sulfuris ʒij. vel iij. Probè omnia invicem terendo commisce, & sublima in Cinabarim, quem adhuc novies sublima, donec non amplius sublimetur facile, sed fixetur; ac habebis nobile Mercurii arcantum, ac excellens Diaphoreticum in hydrope, podagra, ac aliis per transpirationem curabilibus morbis. Vid. corp. ph. p. 308. a.

**Mercurius dulcis Solaris, Manna Mercurii dictus ex Schrædero.**

℞. Mercurii dulcis vulgaris q. v. tantisper sublimationibus iteratis eleva, donec in fixos abierit crystallos, postmodum in liquorem solvito. ℞. Hujus part. iij. ☉ calcin. p. j. misc. ac digere per mensem, coh.

Pp 3

coho.

cohoba, donec in cucurbita instar cerae fluat. Vi-  
res: Ad summum medicinae gradum Mercurius  
ita redactus est, & in Epilepsia, & morbis venereis  
admiranda virtutis. Tenz. Vid. corp. ph. p. 33. b.

### Arcanum Corallinum Zwelff.

Extrahatur Sal ex capite mortuo aquae fortis, quae ex  
aequali parte vitrioli & nitri destillata fuerit. Huius sa-  
lis accipe ℥ss. vel vj. eique superimprimatur, sub con-  
tinua agitatione, per corium vervecinum. Mercurii  
vivi purgati ℥ij. vel ℥ij. Conterendo diu in mortario  
vitreo, vel in patina lignea, quousque Mercurius vi-  
vus non amplius conspicitur. Hinc sublimetur in  
Alembico gradatim, modo supra exactè edocto, &  
ascendet primo luteus: secundo Crocus: tertio rubi-  
cundus sublimatus, quem separa. Vid. corp. ph. p.  
33. b.

### Mercurius dulcis P. A. R. v. g.

℞. Mercurii sublimati ℥vj. Argenti vivi & bene purgati  
℥iv. vel quantum Mercurius sublimatus per tritu-  
ram percipere potest, ut in pulverem cineritium si-  
mul abeant, qui in cucurbita, igne arenae per gradus  
adhibito, sublimetur & pulvere rubro in fundo, ut  
& albo vitri collo adhaerente rejecto solum coagu-  
lum crystallinum pulverifetur, atque cum aqua ca-  
lida, ad inhaerentes fortè particulas corrosivas tol-  
lendas, elotum exsiccetur. Vid. corp. ph. p. 34. b.

### Mercurius dulcis Minschii.

Mercurius dulcis à veris & sanioribus Spagyricis ita  
praeparatur: ℞. Mercurii sublimati ℥vj. Argenti vivi &  
bene purgati ℥iiij. Misce exactè, ut Mercurius vi-  
vus amplius non videatur, sublima, ut est moris, sub-  
lima=

Limatio hæc quinquies vel sexies reiteretur, donec dulcem seu insipidum saporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus in fundo & albus in vitri collum sublimatus semper rejiciatur, medium verò teneatur, quoad nihil inventiatur. Et ita verè præparatus est Mercurius dulcis, quem postea exime, rere, & ad usum repone. Vid. corp. ph. p. 34. b.

Mercurius dulcis, prout eum ex Hartmanno, Sennerto, &c. mutuat Schræd.

℞. ℞. ℥viii. ℞. crud. purific. ℥vj. Misc. exactè in mortario lapideo, vel super porphyrite, donec Mercurius vivus amplius conspici nequeat; Hinc sublimato calore arenæ in phiala leniter saltem obturata, & sublimabitur totus ferè Mercurius, adhærescetque lateribus Phialæ, remanentibus in fundo sæcibus, quas una cum nigricante materia collo phialæ adharente rejice. Hinc sublima denuò, idque vice tertia, rejectis semper sæcibus, ut dictum.

N. I. Si parum insipidumque secunda sublimatione obtinueris, acquiesce, multa enim sublimatione infringitur vis purgatrix. II. Alii addunt quoque *colcotar*. III. Optimum Mercurium dulcem conficies, ex ℞ sublim. regulino, & *Mercurio* ℞ii. Hartm. in Croll.

Omnes humores noxios sine perturbatione blandè expurgat, unde vel infantibus exhiberi poterit. Dosis: Dari quidem potest ad ℥ß. verum ut eo citius operationes suas perficiat, nec diu in corpore delitescat, acui solet purgantibus aliis fortioribus. E. gr. Diagrid. Trochisc. Alhand. & simil. Vid. corp. ph. p. 34. b.

Mercurius præcipitatus *Zwelff. & Schræd.*

Absque additione fit sequentem in modum. ℞. ℞. purissimi ℥ij. vel q. v. Injice in phialam, (peculiariter

in hunc usum factam, inferne scil. latam, superne compressam, intus rostro angustissimi orificii in ventrem usque producto) ut tantummodò fundus operiatur, Phialæ exactè ad æquilibrium in arenam collocatæ, (ut  $\frac{1}{2}$  æquali crassitie ubique fundum tegat,) subdatur  $\Delta$  primo lentus, post fortior, donec Mercurius in pulverem rubicundissimum instar Cinnabaris conversus sit; hunc ablue  $\nabla$  is cordialibus, vel Spir. vini. NB. Labor est multorum dierum (30.)

Sudorem valdè movet, Luem  $\varphi$  sexies vel septies exhibitus eradicat, febres omnes tollit, Lumbricos eliminat. Dosis à gr. iv. ad vj. Ut plurimum verò vomitum quoque movet sat violentum. *Vid. corp. ph. p. 29. h.*

#### Mercurius Vitæ.

$\mathcal{R}$ . Butyr. antim. huic inf. aq. ac statim præcipitabitur pulv. albus qui abluatur donec nullam amplius acrimoniam sapiat, deinde exsiccetur & vomitorium satis activum; dosis gr. iij. *Vid. corp. ph. p. 393. a.*

#### Merc. Præcipitatum rubrum *Le Mery.*

$\mathcal{R}$ . Mercurii ex Cinnabari redivivi  $\zeta$ viii. solve in Spirit. nitri s. q. seu  $\zeta$ viii. vel ix. solutionem effunde in Phialam vel matrarium, hujus breve sit collum, quod arenæ impones, hinc igne mediocri adhibito evaporabis omnem humiditatem, quousque nihil præter massam albam super sit; Adauge tunc paulatim ignem, ad tertium usque gradum, in eoque maneat, quousq; rubra sit materia, phialam deinde ab igne remotam refrigerare permitte, ac frange, ut Mercurii præcipitati  $\zeta$ ix. habeas à Capite. Caraticum est egregium, carnes spongiosas & submolles exedit, utile est ad aperiendos caneros, permixtum

alij

alumini usto, Ægyptiaco in unguento, & Basiliconi quidam exhibent ad quatuor grana otis fluxui excitandi gratiâ, sed non sine periculo hoc medicamentum sumitur, nisi bis vel ter spiritus vini admodum rectificatus super ipso uratur. *Vid. corp. ph. p. 229. a.*

### Alia Mercurii Præcipitatio *Le Mery.*

*Sublimati corrosivi* pulverisati ℥vij. aut viij. in mortario vitreo vel marmoreo agita, per horam dimidiam cum *aqua calida* ℥xvij. vel xvij. liquorem postea requiescere permittite, ac per inclinationem effunde, filtra ac in partes tres divide, in tribus phialis servandas. Conjice in unam ex his phialis guttas aliquot *olei Tartari per deliquium* parati; mox fiet præcipitatum rubrum. Conjice in secundam phialam *spiritus volatilis salis armoniaci* guttas aliquot, fiet præcipitatum album. Conjicito tandem in postremam phialam *aqua calcis cochlear.* unum vel circiter, fiet aqua lutea, aqua phagædenica vel ulceraria dicta, quia utilis est ad abstergenda sanandaque ulcera, hac multum utuntur chirurgi præsertim in Xenodochiis, si requiescere hanc permiseris, fiet præcipitatum luteum. Ad extrahenda tria hæc præcipitata effundenda per inclinationem aqua limpida, lavanda præcipitata, seorsim utrum quodque assiccandum.

Præcipitatum rubrum in usum trahi potest eundem cum superius descripto, sed debilius est, verum est ac genuinum præcipitatum rubrum. Præcipitatum album iisdem cum altero viribus pollet. Præcipitato luteo utendum in unguentis pomatis ad scabiem, pruritusque, ut ejus drachma dimidia vel integra respondeat unguenti ℥. Sublimatum in mortario fundo residuum exsiccatum, etiam permi-

sceri potest unguentis pomatis ad prupitum sicut præcipitatum luteum. Vid. corp. ph. p. 307. a.

Præcipitatum Solare *sive Hercules*

℞. *O. purific.* ℥j. & *purific.* ℥iiij. utrumque solvit seorsim in aqua Reg. solutionem utramque confusam destillat. (Δ graduali, & in fine aucto) per retortam præcipitatum, quod in fundo remansit, ut & sublimatum, quod parietibus, vel collo retortæ adhæret, solvit iterum in aq. Reg. nova, & destillat, idque repetit tantisper, donec tota materia in præcipitatum vertatur; Postea calcinat supra ferrum ignitum ad figendos spiritus corrosivos, & denique edulcorat.

Quoad vires: ex mente *Boerh.* omnibus alijs, cataractarum speciebus antecellit hoc præcipitatum, estque domitor vermium, Luis, Petechiarum, Pestis, Quartana, & aliorum incurabilium morborum. Dosis a gr. 3. ad 6. vel 8. cum saccharo rosato, & in ovo vel brodio, vel in pilulis, imprimis si conjungantur cum scammonio, & humectetur ∇ vitæ quæ desuper comburatur. Vid. corp. ph. p. 308. a.

Præcipitatum Solare *Zwelff.*

℞. *Auri purissimi*, per Antimonium purgati ℥β. vel ℥v. *Mercurii virginei purificati*, & per corium læpius expressi ℥ij. seu loco hujus, *Mercurius sepius cum Regulo Martis stellato*, & luna subtiliter limata sublimatus substituatur. Fiat amalgama uti moris est, in crucibulo, igne modorato, Aurum candefactum in Mercurium actu calidum projiciendo. Hoc amalgama toties lavetur aceto & sale, quousque nulla amplius nigredo conterendo & abluendo conspiciatur, hinc siccetur, & si fieri possit, per telam raram prematur.

Huic

Huic amalgamati loto, & probè mundificato, porro adde: *Præcipit. super. rubicund. per se facti* ℥ij. Conterantur diu multumq; in matraccio vel mortario vitreo, quoad bene uniantur, immittanturque phialæ planæ, vel ovo etiam philosophorum Hermetice clauso, ac per gradus ignis denuò ad siccitatem & summam rubedinem reducantur. Et hic demum præcipitatus præstantissimus erit, sine ullo corrosivo factus; solius naturæ opus, & medicina ad multorum morborum extirpationem efficacissima.

*Vid. corp. ph. p. 304. a.*

**Præcipitatus alius Aureus sive Arcanum Corallinum Zveiff.**

*R.* *Mercurii sublimati dulcis crystallini, sine nitro cum sale & Vitriolo saltem sublimati, & aliquoties sublimatione iterata purificati* ℥j. *Croci solis spongiosi, supra edocti, per Mercur. & Sulph. parati* ℥j. vel lb. Terantur probè in lapide porphyrio, immittanturque ovo philosophico Hermetice claudendo, vel potius phialæ planæ (uti in capite de Mercurio indigitatur) & in arenæ igne, (non admodum leni) debito præcipitentur, figanturque usque dum fiat præcipitatus rubicundissimus. Habebis secretum præcipitatum haud exigui valoris: quò fructe. *Vid. corp. ph. p. 305. a.*

**Merc. Præcipitatus Vrridis seu Venerus**  
*ex Schrædero.*

*R.* *Mercurii purificat.* ℥iv. solve in aqu. fort. commun. in eadem aq. fort. solve & *Qis* ℥ss. conjunge solutiones abstrahæque in arena, urgendo in stine  $\Delta m$ , ut maxima pars spirituum rollatur. Præcipitatum exicca æ digere cum  $\times$  in MB. & ac  $\circ$  ultimo fac bullire, ut purissima pars Mercurii in  $\times$

sol.

solvatur; hinc decanta & abstrahe, atque exicca sine lotionē,

Est specificum in Gonorrhœa virulenta, quam nimiam tollit, insufficientem promovet, ideoque singulis diebus continuandus ejus usus est, donec omnis fluxus sedatus sit. Dosis à gran. ij. ad viij. *Vid. corp. ph. p. 311. A.*

### Mercurius sublimatus Corrosivus

*Zwelfferi.*

℞. Mercurii vivi cum sale & aceto loti, & per corium expressi ℥ij. solvantur cum aq. fortis simpliciter ex vitriolo & nitro still. l. q. Factâ solutione abstrahatur in alembico tota humiditas, ad siccitatem Mercurii, in pulverem albicantem conversi, cui porro admisce Vitrioli ad flavedinem calcinati, Sals communis decrepitati an. ℥ij. Sals Nitri ℥j. Quæ probè mixta & in matraccio pistillo ligneo aliquamdiu agitata, immittantur cucurbitæ sive terrea, sive vitrea, infra lutatæ, & igne aperto, gradatim aucto, sublimatio fiat. Verùm cucurbita ita in furno accommodetur, ne ignis illam totam lambere, aut circumdare possit; sed paulò supra, quousque nimirum cucurbita à prædicta mixtura repleta est, ignis saltem cucurbitam illam circumdare possit: ibi igitur furnus undique claudendus, ut pars superna cucurbitæ vacua, extra ignem emineat, relictis tamen à latere spiraculis, ad regendos gradus ignis, & tali modo feliciter operatio seu sublimatio succedet, breviori tempore, minori labore, igneque accarbonibus paucioribus; Mercurius verò ad latera cucurbitæ, extra ignem prominentia, unius diei spatio elevatur crystallinus, si gradus ignis de-

debitè rezeris. Huic porro sublimato Mercurio, si nondum totus crystallinus appareret, prioribus, in fundo cucurbitæ, reliquiis abjectis, denuò *salis communis decrepitati ℥ij.* admisceantur; & modo præscripto sublimentur. Qui si crystallinus extiterit, asservandus; sin minus & tertia vice per se tantum, aut addito pauculo sale, sublimationi subjiciatur, donec ad placitum ac voluntatem crystallinus & purus evaserit: qui ad alios tandem labores adaptandus, aut externo usui destinandus est. Sublimatur præterea Mercurius, absque solutione prægressa, cum aqua forti, modo sequenti. Accipiantur *Mercurii vivi & purgati ℥ij.* cui, ut citius coëat cum reliquis speciebus addendis, & sublimationi dicatis, admisceatur statim particula Mercurii antea sublimati, (sicut moris est in sublimatione & præparatione Mercurii dulcis ad ℥ij. circiter. Item *Salis communis decrepitati*, *Salis nitri puri an. ℥ij.* *Colcotharis seu cap. mort. Vitrioli partim & Vitrioli ad flavedinem calcinati ℥ij.* Hæc exactè mixta & in mortario pistillo ligneo tamdiu agitata, quamdiu Mercurius non amplius vivus apparet, cucurbitæ lutatæ, suo capitulo munitæ (& præmissis vitro recipiente, ad excipiendam humiditatem seu aquam fortem inter initia extillantem) immittantur; ac igne aperto, gradatim aucto, furno tamen supra medium circiter cucurbitæ partem clauso (uti supra ostensum,) spatio circiter duorum dierum sublimatio absolvetur; qua peracta, Mercurio hinc jam semel sublimato, & à nigredine separato, abjectis in fundo cucurbitæ speciebus, seu capite mortuo, porro addantur *Salis communis decrepitati ℥ij.* *Nitri*

*Nitri puri* ℥viii. vel ℥xx. *Vitrioli adflavedinem calcinati* ℥i℥i℥. Et, uti prius, probe mixta, trituratione diligenti in matraccio, pistillo ligneo, ac cucurbitæ tandem immissa, sublimentur in crystallinam compagem: quod quin ita futurum sit, modò dextrè operatus fueris ac ignem debitè rexeris, dubium nullum relinquitur.

Hic Mercurius sublimatus corrosivus, licet intrà corpus simpliciter sumptus, maximè venenatus & summè causticus sit; absque tamen emolumento & usu in medicina non est, modo non intra corpus, tanquam vi caustica suâ nocuus, propinetur: externè verò adhibitus, suis non destitutus est virtutibus; in ulceribus præsertim venereis, sordidis, crustosis maximam præstabit operam, aquis mundificantibus injectus. In Gonorrhœa diuturna ac virulenta curandâ, injectionibus ac liquoribus aloëticis modicè immixtus: item unguentis & Emplastris, pro excrescentiis absumendis, suas meretur laudes. *Vid. corp. ph. p. 24. b.*

#### Merc. Sublimat. Corrosiv. *Le Mery.*

*Mercurii ex Cinnabari redivivi* ℥xvj. matraccio inde, affunde *Spir. nitri* ℥xxvi℥. vel xx. matraccium arenæ parum calidæ impone, ibique relinque, donec perfecta sit solutio: quam instar aquæ limpidam in vas vitreum vel fictile affundè & lentè evapora humiditatem igne arenæ, quousquè nihil remaneat præter massam albam, quam in mortario vitreo pulverisa, ac permisce *Vitrioli ad albedinem calcinati*, salisque decrepitati an. ℥xvi. injice hanc mixturam matraccio, ita tamen, ut duæ tertiæ ejus partes vacuæ supersint; matraccium impone arenæ, ac adhibe primo lentum ignem per horas has continuandum, post-

postea carbone addito eum violenter augebis, in matracii parte superiore fiet sublimatum, horâ sexta vel septimâ peracta sit oportet operatio, tum matraccium refrigerare permittite, hinc frange, cavendo à farina vel pulvere volante, dum agitur materia; habebis ℥ novendecim pulcherrimi sublimati corrosivi, quod servabis. Scoriarum rubrarum, quas in fundo reperies, ut inutiles abjiciendæ sunt.

Hoc sublimatum egregium est escharoticum, carnes supererexcentes fungosque exedit, ac ulcera inveterata optimè mundificat. Si ejus ℥b. in aqua calcis vivi solvatur, hanc luteo inficit colore, & aquam phagedenicam constituit. *Vid. corp. ph. p. 24. b.*

Mercur. Sublimatus dulcis prout hunc tradidit

*Le Mery.*

℞. Sublimati corrosivi ℥ sedecim in mortario marmoreo vel vitreo pulverita, cui paulatim permittite Mercurii ex Cinnabari redivivi ℥ xii. pistillo ligneo hanc mixturam, donec non amplius conspiciatur hydratgyrum, agita; tunc pulverem hunc, qui gylceuserit, multis phialis vel matracio, ita tamen ut tertia duæ partes vacuæ remaneant, injice, vas arenæ impone, & sub initio tantum ignem adhibe, hinc ad tertium usque gradum adauge, ita continua, quousque sublimatum factum sit, sit autem plerumque quatuor vel quinque horarum spatium; frange phialas & tanquam inutilem abjice, paucam terram levem, quæ in fundo invenietur; separa etiam id, quod collo vel phialæ, vel matraccio adhærebit idque serva ad unguenta contra scabiem, sed accurate tollige materiam, in medio existentem admodum albam, hancque pulverisatam sublima in phia-

phialis vel matracio, ut prius: separata adhuc in medio existenti materiam, ut dictum, tertioque in aliis phialis sublima; tandem separa terrestrem partem in fundo, fuliginosamque in collo phialarum existentem, ac serva probe sublimatum in medio repertum, quod sufficienter edulcoratum erit, cujus ꝑxxvj. cum dimidia percipies.

Usus est ad omnis generis morbos venereos, aperit & vermes necat, datur in pilulis à sex ad triginta granis, blandè per alvum purgat. Vid. corp. ph. p. 31. b.

**Miva cydoniorum simplex P. A. R.**

℞. Succ. cydon. medii saporis depurati ℥xi. sacch. ℥iij. coq. ad justam consist. Vid. corp. ph. p. 33. b.

**Miva cydoniorum aromatica Norimbergensis.**

℞. Succ. cydon. ℥x. debito calore inspiss. dein adde cinam. ꝑb. cardamom. maj. ꝑiij. mast. zing. caryoph. an. ꝑij. ligni aloes macis an. ꝑiij. croci ꝑj. inf. in vini veter. opt. ℥iij. & ad dimid. part. destill. residuum cum sacch. ℥iij. & succo inspissato commisceatur tandemque ad coctum syrupum affundatur & asservetur usui. Vid. corp. ph. p. 36. b.

**Miva Cydoniorum Zuvelff.**

℞. Succ. Cydoniorum per residuam depurati ℥xiij. Musti vini recentis clari ℥v. Coquantur lento igne ad remanentiam ℥iij. circiter; adde tandem Sacchari albi ℥iij. & ad consistentiam Mivæ percoque.

Nota; si quis loco Musti vini tantum adhuc vellet addere succi Cydoniorum recentis, ipsi non repugnantem, Vid. corp. ph. p. 34. b.

Mi-

## Miva Cydoniorum Zuvelff. alia.

**℞.** Succ. Cydon. matur. recenter expressi, & per resistentiam depurati ℥xij. Musti vini clari recentis ℥vj. Coquantur leniter terreo in vase ad remanentiam circiter ℥v. quibus adde: Sacchari albi ℥vj. ac porro ad consistentiam Mivæ seu Syrupi paulo crassioris percoque. Gratissimus Syrupus est adversus alvi profluvia, confortat ventriculum & vomitiones spontaneas sedat, sumptus ab ℥j. ad ℥ss.

Nota: Cum non in omnibus Regionibus præsertim Septentrionalibus plagis, vini aut uvarum sit proventus, ideoq; & Mustum vin ibidem locorum haberi nequeat; proinde suaor sum, ut dicto vini multo succus Cydoniorum eodem pondere atque mentura substituantur. *Vid. corp. ph. p. 534. b.*

## Miva Cydoniorum Aromatica Zuvelfferi.

**℞.** Succu Cydoniorum recentis ℥xx. Musti vini recentis ℥vj. Coquantur vel inspissentur per se ad consistentiam Mivæ vel Syrupi crassioris. Jam verò **℞.** Aromata & his crassiusculè incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immixtis superaffunde Vini albi potentis veteris ℥iiij. Et destilla in arena vel MB. appposito capitello, ad remanentiam ℥ij. rostro capitelli imponendo Moschum & Galliam moschatam, ut in destillatione odor & essentia eorum ab aqua spirituosâ prodiens eliciatur. Hanc aquam fragrantissimam aromaticam seorsim asservas; Remanentes in fundo cucurbitæ species prælo subijce, expressum clarifica, & cum Sacchari albi vel clarificati ℥vj. ad consistentiam tabulati percoque, tandem illi junge Succum Cydoniorum una cum Musto inspissatum, & superius asservatum: Nec non Aquam

illam perquam fragrantem, ac summe spirituosam  
à speciebus aromaticis destillatione abstractam,  
tumque sola dissolutione Mivam para Cydoniorum  
aromaticam regiam & præstantissimam. Vid. corp.  
ph. p. 534. b.

Miva Cydoniorum Aromatica alia

Zyvefferi.

ꝛ. Succu Cydoniorum recentis depurati ℥xij. Masti clarè  
recent. ℥vj. Coquantur vel evaporent per se leniter  
in vase terreo, ad consistentiam Syrupi crassioris,  
Jam verò ꝛ. Cinamomi acuti ℥ij. Caryophyllorum ℥v.  
Cardamomi min. ℥vj. Mucia, Nucum Moschat. Calami  
aromat. ana ℥ss. Mastichis. el. ℥ij. Quibus incisè &  
conquassatis cucurbitæque vitreae immisissis superaf-  
fundantur Vini albi veteris generosi, vel vini Hispanici  
℥liij. Et post brevem digestionem, fiat, in dicto  
alembico, calore arenae, una atque altera ebulli-  
tio; verum appposito capitulo vitreo, juncturisque  
clausis, ut id, quod ebullitione qualicumque tran-  
sit, residuo tandem vino reasfundi possit; cum au-  
tem omnia refrixerunt, fiat colatura, & specierum  
levis expressio, vinum verò colatum & aromati-  
cum filtro clarificetur, cui addantur Sacchari can-  
alb. ℥vj. Et sola ejus scil. Sacchari dissolutione le-  
ni calore fiat Syrupus, adficiendo tandem Succum  
Cydoniorum una cum masto inspissatum & superius al-  
servatum, fiat Miva Cydoniorum aromatica præ-  
stantissima.

Ventriculum frigidum & humidum roborat, vomitio-  
nes spontaneas compescit, Lienteriam cohibet, &  
facultatem concoctricem juvat, ab ℥ss. ad ℥j. sumen-  
do sæpius. Vid. corp. ph. p. 533. b.

Mor-

Morsuli apud Acidulas *Fischeri*.

℞. Spec. diarrh. Abb. diatr. sant. ana ℥vj. corr. vitri ℥ij. cubeb. fl. anth. ana ℥j. sacch. alb. ℥xvj. in aq. cinam. sol. F. Morsuli.

Morselli Altheæ de *Spina*.

℞. Mucilag. rad. alth. cum aq. tussil. extr. ℥j. sacch. alb. in decocto rad. alth. sol. ℥iv. F. Morsuli ad Raucedinem usurp.

Morselli Anthelmintici *Zuvelferi*.

℞. Semin. Santon. ℥i℔. farin. lupin. ℥j. Dictam. alb. cretic. ana ℥℔. CC. ust. scord. veri ana ℥i℔. croc. ℥℔. gr. vj. sacch. in aq. abs. sol. q. s. F. M. contra vermes & lumbricos.

Morselli Apoplectici *Michaelis*.

℞. Conserv. flor. anthos. lavend. saly. calend. tunic. ana ℥ij. cubeb. cardam. ana ℥ij. nuc. ind. cond. ℥iij. sacch. in aq. apopl. sol. q. s. F. M. in Apoplexia usurp.

Morselli Arthritici *Michaelis*.

℞. Conserv. chamædr. thamad. ana ℥ij. elect. caryocost. ℥℔. sacch. in aq. hyper. sol. q. s. F. M. in Arthritide usurp.

Morsuli Cephalici *Minschri*.

℞. Conf. flor. Pæonia, Anthos, ana ℥℔. Spec. Diamosch. dulc. Diambra, ana ℥ij. Cranii humani spagyricè calc. Cornu alcis eodem modo calc. ana ℥j. Rad. & sem. Pæonia debite collect. Piscit quercini ana ℥℔. Ol. Succini alb. rect. ℔j. Lavendula, Nuc. Moschat. Carvi, ana gran. iv. Sacchari albiss. in aq. apoplect. & Epilept. nost. ana s. q. dissol. ℥xvj. Misc. & fiat ut est artis, confectio in Morsulis.

A tota substantia tam in curando, quam præservando Epilepsia, Apoplexia, Paralyti, Caro, &c. cæterisque periculosissimis capitis, cerebri, & nervorum affectibus conferunt. Vid. corp. pb. p. 332. 4. de quibus

Morselli Catarrhales *Etmülleri*.

℞. Conserv. fl. anthos calend. ana ℥ij. succin. pp. ℥ij. myrrh. el. Dij. benz. thuris ana ℥j. ol. succin. gutt. iij. sacch. in aq. serpilli sol. q. s. F. M.

Morselli Cephalici *Timai*.

℞. Spec. diamb. diam. d. ana ℥ij. cubeb. ℥ij. cardam. ℥j. nuc. Ind. cond. ℥j. corr. aurant. cond. ℥vj. macis ℥j. sacch. in aq. lavend. sol. ℥j. F. M.

Morselli Cephalici *Michaelis*.

℞. Conserv. flor. anth. prim. ver. saly. beton. ana ℥j. spec. diamb. diam. d. ana ℥j. sacch. in aq. lil. conv. sol. q. s. F. Mortuli.

Morsuli Cephalici Regii *Zwelfferi*.

℞. Sacchari Canar. alb. ℥ss. vel ℥viii. solvantur in portiancula aqua Cinamomi vel florum arantiorum, & ad consistentiam Tabulati coquantur, in quo ab igne remoto liquefac Ambre grysee ℥ss. vel pro ditioribus ℥i. prius tamen cum Sem. Citri excort. ℥ss. probe subacta, superaddendo statim Moschi Oriental. opt. ℥j. cum aqua florum Arantiorum exigua port. in pulvem redacti, Nucum Indicarum condit. & crassiusculè incisarum ℥j. Conf. florum Arantiorum, Tunicæ, ana ℥vj. Pistach. decort. & concisorum ℥j. Elao-sacchari Cinamomi ℥vj. sumendo ℥ss. Olei pro ℥j. Sacchari Essentia rosata saccharina ℥j. Fiant Morselli confortantes & Cephalici, caput, cerebrum, ac univertum nervosum genus insigniter roborantes. Vid. corp. ph. p. 332. a.

## Morsuli de Citro.

℞. Carn. citr. Cort. citr. condit. concis. a. ℥j. Ol. citr. gutt. xii. Succ. citri puriss. q. s. Sacchar. in ∇ citri sol. ℥xvi. F. l. a. Morsuli. Sunt cordiales ut Citrum. Vid. corp. ph. p. 333. a.

Morselli Cephalici ex *Th. Hoffm.*

℞. Cardam. cubeb. cinam. caryoph. ana ℥iij. macis ℥j nuc.  
m. no. j. cort. citri condit. ℥ij. fl. anth. beton. lavend. bor-  
rag. tunic. ana ℞ij. pinear. pistac. ana ℥iij. nuc. Ind. cond.  
no. j. conf. alkerin. cum sacch. q. l. in aq. lil. conv. q. l.  
sol. F. M. Vid. corp. ph. p. 332. a.

Morselli corallini *Timai.*

℞. Corall. rub. pp. ℥iij. marg. pp. ℥j. extr. symph. Div. tor-  
ment. rosar. ana ℥℞. troch. de carabe terr. sig. ana ℥j.  
carneol. pp. ℥℞. smaragd. pp. ℥j. carn. cydon. cond. ℥j.  
conserv. ros. rub. ℥vj. sacch. in succ. berb. & aq. hemo-  
ptois. Dorncrell. sol. ℥xij. F. M. in vomitu cruento  
usurpandi.

Morselli cordiales *Norimbergenses.*

℞. Amygd. d. excort. nucl. pistac. Ind. cond. cort. citri  
cond. ana ℥℞. aurant. vand. ℥ij. cinam. ℥j. macis ℥j.  
conf. alkerin. ℥ij. succi ejusdem ℥iij. cardam. ℥j sol. aurē  
no. vj. sacch. in aq. ros. sol. ℥viij. F. Morselli. Vid.  
corp. ph. p. 333. a.

Morselli cordiales *Timai.*

℞. Confect. alkerin. hyac. ana ℥℞. pulv. nostr. cordial. ℥ij.  
cort. citri cond. ℥iij. stor. citri cond. ℥℞. spirit. ros. rub.  
idat ana ℥j. sacch. in succo citri sol. ℥vj. F. Morselli.

Morselli Caponis *Fischeri.*

℞. Pulp. capon. pectuse. elixi ℥iv. amygd. d. ℥℞. pinear.  
pistac. vin. macer. ana ℥j. pulp. dactyl. sic. rev. pass. ana  
℥vj. gum. arab. ammon. trag. ana ℥℞. cort. citri cond.  
℥℞. cinam. nuc. m. ana ℥iij. amyl. ℥℞. fr. cum ceter-  
is tund. ac sacch. paulatim atperfo tubig. in mass.  
quæ pauca aq. citri & ros. in qua ambr. ℥j. dissolv.  
ol. citri anis. ana ℥℞. cinam. ℥j. macis ℥℞. F. M. in  
Phthisi usurp.

Q 9 3 Mor.

Morselli Diacretæ *Minschii*. OM

℞. Creta ter quaterve aq. viol. ablur. ℥℞. lap. cancr. pp. ℥ij. nuc. m. bol. arm. à ℥j. corall. pp. ℥℞. marg. pp. cinam. ana ℥j. lap. carpiom. pp. macis torrefact. croci or. ana ℥ij. sacch. in aq. ros. sol. ℥viiij. F. Morsuli in ardore stom. vel soda. Vid. corp. ph. p. 342. a.

Morselli Diacretæ *Michaelis*.

℞. Cret. in aq. portul. lor. ℥℞. lap. cancr. pp. ℥℞. bol. arm. ℥ij. sacch. in aq. portul. sol. q. l. F. Morsuli in soda uturp.

Morselli Diacretæ *Etmulleri*.

℞. Cret. ℥ij. ebor. ust. ℥j. lap. cancr. pp. unio. foss. cor. rub. pp. ana ℥ij. nuc. m. ℥j. sacch. in aq. portul. sol. ℥iv. F. Morsuli in Soda.

Morselli Diacretæ *Fischeri*.

℞. Cret. ℥℞. nuc. m. ℥ij. CC. ust. pp. ℥j. lap. cancr. mand. luc. p. ana ℥j. terr. sig. ℥℞. croc. gr. vj. sacch. in aq. menth. sol. ℥vij. F. Morselli in Soda.

## Morselli Diacretæ seu contra Ardorem

*Stemachi Brandenburg.*

℞. Creta cum aq. ros. pp. ℥℞. bol. arm. pp. ℥j. cor. rub. pp. ℥℞. cinam. CC. pp. lap. perc. pp. lap. cancr. pp. matr. perl. pp. ana ℥℞. macis mast. nuc. m. ana ℥j. sem. cydon. ℥j. Sacch. in s. q. aq. ros. sol. ℥viiij. F. M.

Morsuli Epatici *Minschii*.

℞. Rad. Scorzonera condit. Cichorei condit. ana ℥j. Spec. Diarrhod. Abbat. Conf. Rosar. rub. Uvarum pass. ana ℥℞. Flor. Citri condit. ℥ij. Mag. Corallorum rub. Chalybis cum aceto Tamarind. prep. Spodii prep. Epatis Lupi exicc. ana ℥j. Sem. Acetosa, Portulaca, ana ℥℞. Flor. Epatica alb. ℥j. Sacchari albiss. in aq. Epatic. frigid. & calid. nost. diss. ℥xvj. Misc. & fiant l. a. tabula auro cooperta.

Ad

Ad debilitatem seu imbecillitatem Epatis valent, ac  
ejusdem obstructions auferunt. Vid. corp. ph. p.  
336. a.

**Morselli de Diagridio ex Schræd.**

℞. Crem. tart. ℥ij. resin. scam. ℥℥. sacch. in aq. ros. sol.  
℥℥. F. M. dosis ℥℥. Vid. corp. ph. p. 344. a.

**Morselli Hepatici Zouelfferi.**

℞. Rad. Cichorii sylv. recent. ℥ij. Flor. Rosarum rub. re-  
cent. ℥j. Ligni Santali rubri ℥ij. Fiat cum ℥. q. aqua  
simplicis decoctio ad ℥x. circiter; cum decocto hoc  
colato & probè clarificato dissolve Sacchari can. alb.  
℥℥. ac denuò coquendo, ad consistentiam tabulati  
redigatur, cui ab igne remoto adde. Cons. rosarum  
rub. ex anatica quantitate rosarum & sacchari pa-  
rata ℥ij. Hepat. nobil. iidem ex anatica quant. flo-  
rum & sacch. factæ ℥℥. Flor. Tunica n. ℥j. Corr.  
Arantiorum Citri ana recent. & radula subtiliss.  
comminut. ℥℥. Nuc. Moschat. consciss. ℥℥. Magist.  
n. solub. corall. rub. ℥ij. Fiant morselli ℥. a. Valent  
ad hepat roborandum, ejusdemque obstructioni-  
bus referendis, Cachecticis, & hydropicis succur-  
runt. Vid. corp. ph. p. 337. a.

**Morselli Imperatoris P. A. R.**

℞. Amygd. dulc. pinear. mund. pistac. decort. ana ℥℥.  
spec. Imperator. incil. & contul. ℥ij. arom. rosar.  
cinam. ana ℥j. conserv. ros. damasc. ℥℥. sacch. in aq.  
ros. sol. ℥vij. F. mors. Vid. corp. ph. p. 341. a.

**Morselli Imperatoris Norimberg.**

℞. Cinam. ℥x. zing. ℥j. caryoph. ℥℥. galang. macis. nuc.  
m. ana ℥ij. sacch. albiss. ℥℥. in aq. ros. & cinam. sol.  
F. M. Vid. corp. ph. p. 341. a.

Qq 4

Mor-

Morselli Imperatoris purgantes *Timai*. BA  
 ℞. *Sev. melon. excort.* ℥℞. aq. ros. ℥iv℞. fi. emulsio in  
 qua solve sacch. alb. ℥℞. resin. jalap. ℥v. spec. promor-  
 sul. Imperat. ℥vi. F. Morselli. Vid. corp. ph. p.  
 344. a.

Morsuli Laxativi *Norimb.*

℞. *Corricum Citri* ℥j. *Zingiberis* ℥℞. *Spec. de Tragacantb.*  
 ℥ij. *Jalappe* ℥ij. *Sacchari albi* ℥℞. Fiant s. a. Morselli.  
 Vid. corp. ph. p. 344. a.

Morsuli martiales *Minschti.*

℞. *Limatura Martis cum aceto*, *Tamarindor. prap.* ℥j.  
*Cassia lignea vera*, *Galange minor. Caryophyll. ana* ℥j.  
*Macis*, *Croci Or. ana* ℥j. *Ol. Cinamomi* ℥℞. *Sacchari*  
*albiss. in aqua Absinthii & Centaur. min. dissol. ana* ℥viii.  
 Mite. & fiat, ut est artis, confectio in Morsellis.  
 Valent ad omnes obstructiones, præsertim Lienis, &  
 ad omnia vitia stomachi, Cordis, capitis, pallorem fa-  
 ciei, menses movendos, &c. Vid. corp. ph. p. 337. a.

Morselli Laxativi de *Spina.*

℞. *Cinam. zing. ana* ℥ij. *galang. caryoph. ana* ℥℞. *nuc.*  
*m. spic. Ind. santal. citr. cardam. macis ana* ℥℞. *tart.*  
 ℥j. *turbith. ℥℞. sacch. in aq. menth. sol.* ℥vij. F. M. sto-  
 mach. purg. dosis ℥ij.

Morselli de *Mechoacanna Schræd.*

℞. *Conserv. viol.* ℥j. *spec. diatr. frig.* ℥℞. *turbith. gumm.*  
*mech. alb. ana* ℥℞. *diagryd. pp.* ℥ij. *ol. cinam. dest. gutt.*  
 vj. *anis. gutt. iv. sacch. in aq. san. sol.* ℥xiv. f. M. purg.  
 bilem & phlegma; dosis ab ℥℞. ad j. Vid. corp. ph. p.  
 344. a.

Morsuli Pectorales *Minschti.*

℞. *Lohoch. Sani & experti* ℥ij. *Spec. Diarrhod. abbat.* ℥j.  
 Flor.

*Flor. Sulfuris comp. Succ. Glycyrrhiz. ext. an. Zij. Pul. rad. Ireos flor. Alipra mosch. an. Zj. Bals. Sulfuris anis. Ol. Faniculi, an. ℥ss. Sacchari albiss. in aq. Prassii & ruffilag. ana s. q. dissol. ℥xvj. Misc. & fiat ut est artis, confectio in Mortalis.*

Tussi diuturnæ, vocis asperitati & asthmatis strenuè succurrunt. Vid. corp. ph. p. 338.a.

## Morsuli Pectorales Zuvelff.

*Re. Sacchari albi Can. ℥ij. solvatur vel in Succo sempervivi majoris depurati ℥ss. in quo prius Rad. Enula incisæ ℥ss. Ireos florent. Zij. parùm ebullierint, vel etiam in Aqua rosar. fragrant. sine addit. still. ℥ss. In qua prius Rad. Enula ℥ss. Ireos florent. Zij. aliquamdiu tantum intulæ & macerata fuerint. Coquantur ad consistentiam tabulati, cui ab igne remoto injice Resina Storacis salam. Zij. Specier. Diaræos n. ℥ss. Pul. Rad. Enul. Zij. Et si lubet; pul. Croci opt. Zi. Essentia rosata saccharina, Elaosacchari Anisi, an. ℥ss. Fiant s. a. Rotulæ vel Morselli. In affectibus pectoris catarrhosis tussi diuturna, Pleuritide, & Phthisi ipsa peraciles Vid. corp. ph. p. 338.a.*

## Morselli Pectorales Schrad.

*Re. Pinear. rec. in aq. ros. pp. ℥ss. amygd. d. Zv. sem. melon. rec. cucum. cucurb. an. Zij. spec. diarrh. abb. Div. mag. perl. Zi. sacch. in aq. ros. & scab. sol. ℥xvi. F. Morselli in Hectica. Vid. corp. ph. p. 338.a.*

## Morselli Pectorales Timai.

*Re. Spec. diaræos ℥ss. loch. sani & exp. Zi. flor. benz. ℥ss. cond. rad. enul. ℥ss. corr. cieri Zi. sacch. in aq. san. sol. q. s. F. M.*

## Morselli Præservativi in Peste

Eitmüll.

- ℞. Conserv. pulp. citri ꝑ. ther. Andr. ꝑ. corn. cervi  
per vap. calc. ant. diaph. terr. sig. an. ꝑ. ꝑ. sacch. in aq.  
sher. sol. F. morselli.

## Morselli Præservativi in Peste

Timei.

- ℞. Spec. liberantes sine aloe ꝑ. de byac. ꝑ. bol. arm. terr.  
sig. ligni aloes an. ꝑ. rad. Zedoar. contray. an. ꝑ. ꝑ.  
cond. rad. angel. scorz. pimp. enul. an. ꝑ. cor. citri  
ꝑ. ꝑ. confect. alker. ꝑ. sacch. in aq. bezoard. nostr.  
sol. q. l. F. M.

## Morsuli Resectivi de Cancris

Mins.

- ℞. Carn. Cancrorum fluviatil. in aquis pectoralib. coct.  
ꝑ. ꝑ. Cons. rosar. Damasc. ꝑ. Pinearum mundat. Pistat.  
virid. Amygdal. dulc. an. de nocte in aq. Scabios. mace-  
rat. ꝑ. Sacchari alb. in aq. pulm. vituli nost. dissolut. ꝑ. ꝑ.  
Misc. in fine adde Syrup. Mastichin. ꝑ. Lact. Sulfu-  
ris ꝑ. Margaritar. Trochiscat. Ol. Nuc. Moschat. exp.  
an. ꝑ. Bals. Sulfuris anisat. ꝑ. Misc. & fiat, ut est ar-  
tis, confectio in morsulis.

Arcanum est contra phthisin & consumptionem cor-  
poris, quod multis aliis remediis non immerito præfe-  
rendum. Vid. corp. ph. p. 339. a.

## Morsuli Regii Minschtri.

- ℞. Pistat. virid. ꝑ. Pinearum mund. Amygd. dulc. an. ꝑ. ꝑ.  
Margar. Trochisc. Mag. Corallor. rub. an. ꝑ. Flor.  
Cordial. minutim incis. an. p. j. Ol. Macis ꝑ. Sacchari  
albiss. in aq. Rosar. diss. ꝑ. xvj. misc. & f. confectio in  
morsulis, ut est artis.

Saporis sunt grati, & supra modum confortant, a-  
lunt

hunc & nutriunt; Phthificos, tabidos, longoque morbo extenuatos & imbecillitate languentes recreant. Vid. corp. ph. p. 341. a.

## Morselli de Rhabarbaro purgantes

Zvellff.

R. Sacchari canarii albi in aq. Cinamom. particula soluti, ac denuò ad consistentiam tabulari cocti ℥vj. Cui ab igne remoto addè pulverem sequentem mixtum, utpote Pulv. Rhabarbari opt. ℥vj. Mechoaca alba, Galapp. an. ℥ij. Pulv. Syrii seu Resina, aut Magisterii Galapp. amygd. priùs probè subacti ℥i℞. Pulv. Eleosacchari Cinamomi Essent. Arantiorum, Sacchar. n. an. ℥ij. Cremoris Tartari ℥iij. Croci opt. ℥j. Fiant s. a. Morselli purgantes, usui servandi.

Evacuant flavam bilem atque pituitam, sic & vermes enecant, eosque expellunt. Dosi ℥ij. ad ℥℞.

Vid. corp. ph. p. 343. a.

## Morselli Rosati Minsichti.

R. Conf. rosarum rub. opt. ℥ij. Spec. Diarrhod. abbar. ℥℞. de Gemmis frig. Diamarg. frig. an. ℥ii. Conf. Alkermes, Troch. de Berberis, Flor. nitri, an. ℥j. Mag. Perlar. Or. Corallor. rub. an. ℥℞. Eleosacch. rosarum, Citri, an. ℥j. Cinam. Macis, an. ℥℞. Sacchari albissimi in aqua Rosarum & fragor. an. s. q. dissol. ℥xvj. Misc. & fiat, ut est artis, confectio in morsulis.

Ad capitis, cordis, ventriculi, jecinoris, uteri, renum &c. intemperiem calidam; item ad febres ardentes, biliosas &c. valent, Vid. corp. ph. p. 335. a.

## Morselli Refectivi de cancriis Michaelis.

R. Elect. resumptiv. ℥j. carn. cancr. flux. cum aq. pect. cocti

coct. ꝑ̄ss̄ p̄nc̄ar. mund. pistac. an. ꝑ̄vi. antib. Poter.  
ꝑ̄ii. sacch. in aq. cinam. borrag. sol. q. s. F. Morfuli in  
Phthisi usurp.

### Morselli contra Pestem Brandenb.

ꝑ̄. Rad. angel. dict. alb. ostrutii pimp. valeriana Zedo-  
ar. an. ꝑ̄ss̄. myrrha rub. ꝑ̄vi. bol. arm. terr. sig. an. ꝑ̄i.  
camph. ꝑ̄ii. nucis vomica decortic. ꝑ̄i. ther. Androm.  
ꝑ̄ss̄. sacch. in aq. scord. & ros. ana q. s. sol. ꝑ̄ii. F.  
Morfuli.

### Morselli Purgantes Brandenb.

ꝑ̄. Cryst. tart. ꝑ̄ss̄. scam. opt. pp. ꝑ̄iii. ol. cinam. gutt. iv.  
sacch. in aq. ros. sol. ꝑ̄viii. M. F. M.

### Morselli de Rhabarbaro Brandenb.

ꝑ̄. Crem. tart. rhab. opt. an. ꝑ̄ii. flav. cort. citri ꝑ̄ss̄. sacch.  
in aq. ros. sol. ꝑ̄iv. F. Morf. purg.

### Morfuli Stomachici Minsichti.

ꝑ̄. Diacydonii simpl. ꝑ̄iii. Zingib. de China condit. ꝑ̄i. Ca-  
lami aromar. virid. condit. ꝑ̄ss̄. Nuc. Moschat. Cassia  
lign. vera. Galange min. Macls. an. ꝑ̄i. Sem. Coriand.  
prap. Ammeos, an. ꝑ̄ss̄. Ol. Caryophyllor. Cinamomi,  
an. ꝑ̄i. Sacchari albiss. in aq. Stomach. nost. dissol.  
ꝑ̄xvj. Miscetur, & fiat, ut est artis, confectio in  
Morfulis.

Stomachum infrigidatum summoperè confortat. Vid.  
corp. ph. p. 340. a.

### Morselli Stomachici alii Zuvelff.

ꝑ̄. Rad. Acori, Calami aromar. Galange, an. ꝑ̄iii.  
Zinzib. ꝑ̄i. Incisæ coquantur parum in s. q.  
aqua simplicis ad ꝑ̄ss̄. circiter: cum colatura sol-  
vatur Sacchari albi can. ꝑ̄i. ac denuò ad consisten-  
tiam tabulati coquendo redigatur, cui ab igne re-  
moto adde Nuc. Indic. condit. & consiss. ꝑ̄ss̄. Zin-  
zibe-

ziberis. Indici cond. & consciffi ℥i. Calami aromatici  
condit. Cort. arantior. Citri, an. cond. & consciff. ℥℞.  
Amygd. dulc. decort. Pistach. decort. an. incif. ℥j. Nuc.  
Moschat. conquass ℥℞. Cardamomi minor. ℥iij. Ma-  
cis, Piperis longi, Caryophyllor. an. ℥℞. Cinamomi acu-  
ti incisi an. ℥℞. Fiant f. a. Morfelli, qui Stomachum  
& reliqua vilcera infrigidata confortant appeti-  
tumque excitant, & flatu compriunt. *Vid. corp. ph.*  
p. 341. a.

Morfelli Stomachici *Timae.*

℞. Granor. parad. ℥ii. aq. cinamon. ℥iv. st. in inf. p.  
n. colat. adde sacch. ℥ix. spec. arom. ros. ℥ii. diarrh.  
℥i. cardamom. min. ℥ii. cubeb. ℥ii. cond. cort. aurant.  
citri. carn. cyd. an. ℥vi. Zingib. ℥i. incid. grosso modo  
asper. spirit. ros. in quo ambr. gr. vi. sol. F. M.

Morfelli Stomachici *Etrom.*

℞. Conferv. menth. ℥℞. rad. acori cond. ℥ii. Zing. cond. ℥i.  
puly. stom. Brickm. ℥iij. extr. Zed. ℥℞. sacch. in aq.  
menth. sol. q. l. F. M.

Morfelli è succo rofarum *Brandenb.*

℞. Succo ros. damascen. per inf. & extr. suff. cum  
aq. fervida parati ℥iv. Diagydiu ℥ii. sacch. in aq.  
ros. sol. ℥viii. M. F. Morfelli ℥i. ponderantes &  
purgantes.

Morsuli venerem stimulantés *alii.*

℞. Electuar. Diasatyr. ℥j. Rad. Ering. condit. incif.  
℥vj. Pinear. excort. incif. Amygdal. dulc. excort. &  
incif. ana ℥iij. Spec. Aromatic. rosar. Diarrhod. A. a.  
℥℞. Ambra gryss. Zibeth. opt. a. gr. 1 v. Sacchar. in aq.  
Cinamon. solut. ℥vj. f. d. a. Morsuli.

MOR-

## Morselli confortantes Viriles Zuvelff.

℞. Sacchari can. alb. ℥ij. solvatur in s. q. aqua Cinamomi, in qua radices Satyrionis aliquamdiu macerata fuerint, & denud ad tabulati consistentiam percoquantur, in quo ab igne remoto dissolvatur, Ambra grysea ℥j. vel ℥℥. plus minusve pro fortuna & conditione patientis, addendo statim rad. Satyrionis condit. & conseiss. ℥i℥. Nuc. Indic. cond. ℥vj. Zinziberis Indici cond. ℥j. Cort. aurantium cond. ℥℥. Carnis Stinci Marini, Veratri Cervi raspati, an. ℥iij. Pistach. cort. Pinearum mund. an. incil. ℥vj. Cardamomi min. Sem. Eruca, Lingua aris, Macis, Piperis longi, an. ℥iij. Ol. Cinamomi opt. still. ℥i. Caryophyllor. ℥℥. prius cum essentia citri saccharina, an. ℥j. permixtorum. Fiant morselli egregie confortantes, ac semen insuper augentes. Vel ℞. Sacchari can. alb. ℥vi. Quam subtilissimè tritam cum s. q. Succu citri aut Limoniorum acidi, recenter & jam expressi, supra ignem recentem sine coctura, in patella ferrea, solve s. a. Huic adde crassiusculè incisa sequentia: Pinearum mundat. Pistachior. Amygdal. dulc. an. decort. ℥j. Nuc. Indic. condit. ℥i℥. Item si lubet: Ambra grysea ℥ vel ℥℥. Olei still. Cinamomi ℥i. Caryophyllor. ℥℥. Nuc. Moschar. expr. ℥j. prius tamen Essentia citri vel rosarum saccharina ℥i℥. immixtorum. Fiant morsell. pretiosi & confortantes.

## Morselli Viriles minfichti.

℞. Confect. de succol. Ind. nostr. ℥j. pistac. virid. amygd. d. pinear. mund. an. ℥℥. nuc. m. cond. ℥ij. borrac. ven. galang. min. pip. long. card. min. an. ℥j. veratri tauri, cervi an. ℥℥. gallia mosch. ℥℥.

MORSELLI. NITRUM.

629

sem. lingua avis urtic. carn. scintor. croc. oz. an. Dj. ol. caryophyllor. macis expr. cinam. an. ℞. sacch. in aq. rad. satyrii & anth. sol. ℥xvj. M. F. morselli in Impor. virili dosis à ℥j. ad ℥℞. Vid. corp. ph. p. 335. A.

Morselli Viriles Michaelis.

℞. Succol. Ind. ℞. elect. diasatr. ℥vj. sang. galli ℥j. sacch. in aq. cinamom. sol. q. s. F. M. in Impor. virili.

Morselli Viriles Fischeri.

℞. Scinci marini, Boleti cerv. virga tauri an. ℥i. Boyrac. ven. ℥iii. card. cubeb. pip. nigr. Zing. an. ℥℞. Pinear. pistac. an. ℥℞. rad. satyr. ℥ii. sem. eruc. ling. avis. an. ℥i. sacch. in aq. cinamom. sol. q. s. F. M. in Imp. vir.

Morselli de Zingibere Zuvelff.

℞. Cinamom. elect. ℥ii. nuc. m. ℥i. caryophyll. ℥ii. macis ℥i. incid. crasse, adde Zingib. tenu. ℥vi. sacch. in aq. ros. sol. ℥xvi.

N.

Nitrum fixum;

Nitri depurati quantum libet. In crucibulo bene ignito ad fluorem perducatur, & successivè particule carbonum injiciantur, usque dum flammam amplius non concipiant; tunc in mortarium calefactum effundatur; quod in cella per deliquium solutum, ac filtratum vocatur LIQUOR NITRI FIXI.

Viribus cum aliis salibus alcalinis fixis convenit, raris medico quam chymico usui adaptandum. Vid. corp. ph. p. 329. b.

Ni.